Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam et occi-
derunt. Cum ergo venerit dominus vineae: quid faciet
agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet et
vineam suam locabit aliis agricolis qui reddant
ei fructum temporibus suis. Dicit illis iesus. Numquid le-
gistis in scripturis. Lapidem quem reprobaverunt
edificantes hic factus est in caput anguli a domino
factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Ido
dico vobis quia auferetur a vobis regnum dei et dabitur
genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super la-
pidem istum confringetur. super quem vero ceciderit
conteret eum. Et cum audissent principes sacerdo-
tum et pharisei parabolas eius. cognoverunt quod
de ipsis diceret. Et quaerentes eum tenere timuerunt
turbas. quia sicut prophetam eum habebant. Off.
Domine in auxilium meum respice confundantur et reverentur
qui quaerunt animam meam ut auferant eam. Sec. Haec in
nobis sacrificia deus et actione perficiantur et opera-
tione sinceritatis. Com. Tu domine servabis nos et custo-
dies nos a generatione hac in aeternum. Compl. Hac nos
quaesumus domine accepto pignore salutis eternae sic
tenere congruenter. ut ad eam pervenire possimus.
Da quaesumus domine populo tuo salutem. Sup. psin
mentis et corporis ut bonis operibus inhaerendo
tibi semper vivamus et eiusdem protectione defendi. P
Lex domini inreprehensibilis. Gabbato. Offertorium. Mulie-
res audientes testimonium domini fideles sapientes
prestans parvulis. Ps. Celi enarrant gloriam dei et opera ma-
nuum eius annuntiat firmamentum. Orietur. Alleluia. Ora
Da quaesumus domine nostris effectum tenuitatis salu-